



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum sit aliqua gratia gratis data faciendi miracula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

RESPON. Dicendum, quod sermone potest alius uti dupliciter. Vno modo, private ad vnum, vel paucos familiariter colloquendo: & quantum ad hoc gratia sermonis potest competere mulieribus. Alio modo, publice alloquendo totam Ecclesiam: & hoc mulieri non conceditur. Primò quidem, & principaliter propter conditionem femine sexus, qui debet esse subditus viro, ut patet Genesi 3. Docere autem, & persuadere publice in Ecclesia non pertinet ad subditos, sed ad prelatos. Magis tamen viri subditi ex commissione possunt exequi, quia non habent huiusmodi subiectionem ex naturali sexu, sicut mulieres: sed ex aliquo accidentaliter superueniente. Secundò, ne animi hominum alliciantur ad libidinem. Dicitur enim Ecclesiasti 9. Colloquium illius quasi ignis exardescit. Tertio, quia ut communiter mulieres non sunt in sapientia perfectæ, ut eis possit conuenienter publica doctrina committi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa auctoritas loquitur de doctrina priuata, qua mater filium erudit.

AD SECVDVM dicendum, quod gratia prophetie attenditur secundum mentem illuminatam a Deo, ex qua parte non est in hominibus sexuum differentia, secundum illud ad Coloss. 3. Induentes nouum hominem, qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum, ubi non est masculus, neque femina: sed gratia sermonis pertinet ad instructionem hominum, idem vel quos differentia sexuum inuenitur, vnde non est similis ratio de vtroque.

AD TERTIVM dicendum, quod gratiam diuinitus acceptam diuersimode de aliquo administrant, secundum diuersitatem conditionis ipsorum. Vnde mulieres si gratiam sapientie, aut scientie habeant, possunt eam administrare, secundum priuatam doctrinam, non autem secundum publicam.

Super Questionis cent. simæ septuagesime octauæ Articulum primum.

QVAESTIO CLXXVIII.

De gratia miraculorum, in duos articulos diuisa.

IN articulo primo, questio. 178. dubium occurrit circa illud in responsione ad primum dictum, scilicet quod Deus vult instrumentaliter vel interiori motu hominis, vel eius locutione & c. vtrolibet modo faciat miracula: & consistit dubium in hoc, an sit sermo de instrumento proprie dicto. Et est ratio dubij, quia videtur impossibile, quod de proprie dicto instrumento intelligatur hec licet: quoniam huiusmodi instrumentum oportet aliquid facere circa effectum. Costat autem quod non semper in miraculis, huiusmodi instrumenta aliquid faciunt, ut patet de voce Iosue cum Sol stetit. Nihil enim circa Solem, aut coelum verbum eius, aut quodcumque illorum superio-

DEINDE considerandum est de gratia miraculorum.

ET circa hoc quaeruntur duo. **¶** Primò, Vtrum sit aliqua gratia gratis data faciendi miracula. **¶** Secundò, Quibus conueniat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sit aliqua gratia gratis data ad miracula faciendi.

AD PRIMVM sic proceditur. **V**idetur, quod nulla gratia gratis data ordinetur ad miracula faciendi. Omnis enim gratia ponit aliquid in eo cui datur, sed operatio miraculorum non ponit aliquid in anima hominis cui datur: quia etiam ad tactum corporis mortui miracula fiunt, sicut legitur 4. Regum 13. quod quidam proiecerunt cadaver in sepulchro Heliſæi, quod cum tetigisset ossa Heliſæi, reuixit homo, & stetit super

pedes suos. ergo operatio miraculorum non pertinet ad gratiam gratis datam.

¶ 2. Præter. Gratia gratis data sumit Spiritus sancto, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus sed operatio miraculorum fit etiam a spiritu immundo, secundum illud Matth. 24. Surgent pseudoprophetae, & dabunt signa & prodigia magna. ergo videtur quod operatio miraculorum non pertineat ad gratiam gratis datam.

¶ 3. Præter. Miracula distinguuntur per signa & prodigia, siue portentosa, & per virtutes. Inconuenienter ergo ponitur operatio virtutum potius gratia gratis data, quam operatio prodigiorum, siue signorum.

¶ 4. Præter. Miraculosa reparatio sanitatis per diuinam virtutem fit, ergo non debet distingui gratia laetitiam ab operatione virtutum.

¶ 5. Præter. Operatio miraculorum consequitur fidem vel facientis, secundum illud 1. ad Corinth. 13. Si habueris omnem fidem, ita vt montes transferas: siue etiam aliorum propter quos miracula fiunt, vnde dicitur Matth. 13. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. Si ergo fides ponitur gratia gratis data, superfluum est præter hoc ponere aliam gratiam gratis datam, operationem signorum.

SED CONTRA est, quod Apost. 1. ad Corinth. 12. inter alias gratias gratis datas dicit: Alij datur gratia laetitiam, alij operatio virtutum.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Spiritus sanctus sufficienter prouidet Ecclesie in his, quæ sunt utilia ad salutem, ad quod ordinantur gratia gratis data. Sicut autem oportet quod notitia, quam quis diuinitus accipit, in notitiam aliorum deducatur per donum linguarum, & per gratiam sermonis: ita necesse est, quod sermo prolatus confirmetur ad hoc, quod credibilis fiat. Hoc autem fit per operationem miraculorum, secundum illud Mar. vlt. Et sermone confirmante sequentibus signis: & hoc rationabiliter. Naturale enim est homini, ut veritatem intelligibilem per sensibiles effectus deprehendat. Vnde sicut ductu naturalis rationis homo peruenire potest ad aliquam Dei notitiam per effectus naturales: ita per aliquos supernaturales effectus, qui miracula dicuntur, in aliquam supernaturalem cognitionem cre-

3. contra e 154. & po. q. 6. arti. 4. cor. fi. & arti. 9. ad 1. & opul. 3. cap. 222.

hominis inter remota compari. Videtur tunc intentio auctoris hoc in loco, quod appellat instrumentum priorem effectum praedictum ab ipsa aeterna providentia, ad cuius positionem Deus ipse exequatur miraculi effectum: ita quod ideo Deus dicitur vni priori effectui instrumentaliter, quia ordinavit se exequatur effectum miraculi quod mediate, quandoque immediate, mediante semper illo priore effectui ex parte hominis, siue ille effectus sit oratio, siue vox, siue locutio, siue contactus &c.

In responsione ad secundum eiusdem articuli circa ambiguitatem ab Augustino tactam de mendacio signorum, & prodigiorum Antichristi, adverte quod rationabile est vique modo fore mendacia, scilicet & formaliter, & casualiter. Casualiter quidem omnia, quonia ad fallendum omnia tendunt: formaliter autem non omnia, quoniam rationabile est ut multa vera fiant, ut si fieri possit etiam electi inducantur in errorem.

In responsione ad quartum & quintum eiusdem articuli adverte, quod auctor summarie peritringit duas gratias gratis datas, scilicet gratiam sanitatum, & fidem. Ad primam quidem nihil oportet addere. Ad secundam vero oportet meminisse ex q. 4. artic. 5. ad quartum superius, fidem non connumerari inter gratias gratis datas absolute: quia fides absolute communis est omnibus membris Ecclesiae: ut etiam gratia gratis data, non est communis omnibus membris Ecclesiae, sed fidei excellentia, pura, constantiarum gloria dicitur, inter gratias gratis datas computantur. Et quoniam fidei constantia ad fidem spectat, ideo auctor loquens de fide, hinc sibi attribuit operationem miraculorum.

dendorum homo inducitur: & A operatio miraculorum petri net ad gratiam gratis datam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut propheta se extendit ad omnia quae supernaturaliter cognosci possunt: ita operatio virtutum se extendit ad omnia quae supernaturaliter fieri possunt, quorum quidem causa est divina omnipotentia, quae nulli creaturae communicari potest: & ideo impossibile est, quod principii operandi miracula sit aliqua qualitas habitualiter manens in anima: sed tamen hoc potest contingere, quod sicut mens prophetae movetur ex inspiratione divina ad aliquid supernaturaliter cognoscendum: ita etiam mens miracula facientis movetur ad faciendum aliquid, ad quod sequitur effectus miraculi, quod Deus suavitute facit. Quod quandoque quidem fit praecedente oratione, sicut cum Petrus vitam mortuam suscitavit, ut habetur Act. 9. quandoque etiam non praecedente manifesta oratione, sed Deo ad nutum hominis operante, sicut Petrus Ananiam, & Saphiram mentientes, morti increpando tradidit, ut dicitur Act. 5. Unde Gregorius dicit * in 2. dialogorum, quod sancti aliquando ex potentate miracula exhibent, aliquando ex postulatione. Ut volubet tamen modo Deus principaliter operatur, qui vitur instrumentaliter vel interiori motu hominis, vel eius locutione, vel etiam aliquo exteriori actu, seu etiam aliquo contactu corporali corporis est mortui. Unde Iosue 10. cum Iosue dixisset quasi ex potentate, Sol contra Gabaon non moueatis, subditur postea. Non fuit ante, & postea tam longa dies, obedite Deo voci hominis.

AD SECUNDUM dicendum, quod ibi loquitur Dominus de miraculis, quae fienda sunt tempore Antichristi: de quibus Apostolus dicit * ad Thef. 2. quod aduersus Antichristi erit secundum operationem factam in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus. Et sicut Augustinus dicit 20. de ciui. Dei. * Ambiguum esse solet, utrum propterea dicta sint signa, & prodigia mendacia: quoniam mortales sensus per phantasmata deceptus est, ut quod non facit, facere videatur: aut quia illa etiam si erunt vera prodigia, ad mendaciam pertrahent. Vera autem dicuntur, quia ipse res verae erunt, sicut magi Pharaonis fecerunt veras ranaas, & veros serpentes.

Non tamen habebunt veram rationem miraculi, quia sicut virtute naturalium causarum, sicut in prima parte dictum est: * sed operatio miraculorum quae attribuitur gratiae gratis datae, fit virtute diuina ad hominum utilitatem.

AD TERTIUM dicendum, quod in miraculis duo possunt attendi. Vnum quidem est id quod fit, quod quidem est aliquid excedens facultatem naturae: & secundum hoc miracula dicuntur virtutes. Aliud est id propter quod miracula fiunt, scilicet ad manifestandum aliquid supernaturale: & secundum hoc communiter dicuntur signa. Propter excellentiam autem dicuntur portenta, vel prodigia, quasi procul aliquid ostendentia.

AD QVARTUM dicendum, quod gratia sanitatum commemoratur seorsum: quia per eam confert homini aliquod beneficium, scilicet corporalis sanitatis, praeter beneficium commune quod exhibetur in omnibus miraculis, ut scilicet homines adducantur in Dei notitiam.

AD QUINTUM dicendum, quod operatio miraculorum attribuitur fidei propter duo. Primum quidem, quia ordinatur ad fidei confirmationem. Secundum, quia procedit ex Dei omnipotentia, cui fides innitur. Et tamen, sicut praeter gratiam fidei necessaria est gratia sermonis ad fidei instructionem: ita etiam necessaria est operatio miraculorum ad fidei confirmationem.

ARTICVLVS II.

Utrum mali possint miracula facere.

Super Quaestione centesima septuagesimo secundo articulo secundum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod mali non possint miracula facere. Miracula enim impetrantur per orationem, sicut dictum est: * sed oratio peccatoris non est exaudibilis, secundum illud Iohannis 9. Scimus quia peccatores Deus non audit. & Pro. 28. dicit. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio sua erit execrabilis. ergo videtur quod mali miracula facere non possint.

¶ 2 Praet. Miracula attribuuntur fidei, secundum illud Matth. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit: fides autem sine operibus mortua est, ut dicitur Iac. 2. & sic non videtur quod habeat propriae operationem. ergo vtrum quod mali non sunt honorum operum, miracula facere non possint.

¶ 3 Praet. Miracula sunt quaedam diuina testimonia, secundum illud ad Heb. 2. Contestare Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus. Unde & in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorum: sed Deus non potest esse testis falsitatis. ergo vtrum quod mali homines non possint miracula facere.

¶ 4 Praet. Boni sunt Deo coniunctiores, quam mali: sed non omnes boni faciunt miracula. ergo multo minus mali faciunt.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum: sed quicumque non habet charitatem, est malus, quia hoc

In articulo eiusdem quaest. duo notanda sunt. Primum, ex responsione ad tertium, scilicet quod nunquam sunt vera miracula ad confirmationem fidei doctrinae. Secundum, ex responsione ad quintum ab Augustino, quod perniciosissimus est error altimantium in miraculosis operibus maiora esse dona Dei, quam in operibus iustitiae. Et hoc contra vulgares, & communem errorem humani generis, putantium homines miracula facientes, sanctos, & quodammodo Deos: simplices autem iustos, quasi pro nihilo habentes. Totum enim oppositum habere estimari, sicut in veritate est. Et haec de gratijs gratis datis.